



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt in illis sacratis diebus ieuiniorum coniugati à coniugibus se abstinere
debeant. xiiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Quod in diebus ieunij eleemosyna sit facienda.

Caput XI.

Diebus verò ieunij eleemosyna facienda est, & cibū *Ex cōcil.*
sive potum, quo quisq; vti debuit, si ieunauerit, pau- *Cabillo.*
peribus eroget: quia ieunare & cibos prandij ad cœnam *cap. 5.*
referuare, non mercedis, sed ciborum est incrementum.

Vt in quadragesima tempus prandij seruetur.

Caput XIII.

Solent plures, qui se ieunare putant in quadragesima, *Ex decr.*
Simox ut signum audierint ad horam nonam manduca- *Siluerij*
re. Qui nullatenus ieunare credendi sunt, si ante mandu- *pa. cap. I.*
cauerint, quām vespertinum celebretur officium. Concur-
rendum est enim ad missas, & auditis Missarum solētibus
& vespertinis officiis, largitis eleemosynis ad cibum acce-
dendum est. Si verò aliquis necessitate constrictus fuerit
vt ad Missam venire non valeat, & stimata vespertina hora,
completa oratione sua, ieunium absoluat.

Quod in diebus ieuniorum nulla iurgia esse debeant.

Caput XIIII.

In his ieuniorum diebus nullæ lites, nullæ contentio- *Ex dictis*
nes esse debent: sed in Dei laudibus & opere necessario *Liber. pa.*
persistendum. Arguit enim eos qui contentiones & lites
quadragesimæ tempore faciunt, & qui debita à debitoribus
exigunt, dominus per prophetam dicens: Ecce in die ieu-
nij vestri inueniuntur voluntates vestræ: & omnes debi-
tores vestros repetitis. Ecce ad lites & ad contentiones
ieunatis, & percutitis pugno impiè.

*Vt in illis sacratis diebus ieuniorum coniugati à con-
iugibus se abstinent debant. Cap. XIIII.*

Abstinendum est enim in his sacratissimis quadrage- *Itē eius-*
simæ diebus à coniugibus & castè & piè viuendum, vt dē, *cap. 5.*
sanctificato corde & corpore isti dies transfigantur, & sic
perueniatur ad diem sanctum Paschæ: quia pene nihil va-
let ieunium, quod coniugali opere polluitur, & quod ora-
tiones, vigiliae, & eleemosynæ non commendant.

*De his qui in clero sunt, & carnium esum habue-
rint ex ossum. Cap. XV. Ex cōcil.*

Hui qui in clero sunt presbyteri aut diaconi, & à carni- *Ancirano*
bus abstinēt, placuit, eas quidem contingere, & ita si *cap. 13.*